UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici, Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,|| Grammaticæ || ...

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

In Circumstantivo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70031

Visual Library

IN CIRCUMSTANTIVO.

(ſeu Adverbio)

Quotuplex eſt Circumſtantivum? *Multiplex.*

1. LOCI.

In Loco. *Hîc, iſthîc, illic, ibi, inibi, ibidem, alicubi, alibi, intus, foris, paßim, ubivis, ubiubi, ubicunq;, ubiq;, uſquequaq;, utrobiq;, uſpiam, uſquam, nuſquam, longè, peregrè, ſupernè, antè, ponè, infrà, ſuprà.*

De Loco. *Hinc, iſthinc, illinc, inde, indidem, alicunde, aliunde, utrinq;, undiq;, undecunq;, undelibet, deſuper, cominùs, eminùs, divinitùs, cœlitùs, funditùs, radicitùs, antiquitùs, intrinſecus, extrinſecus, forinſecus, altrinſecus, intus, foris, peregrè, infernè, ſupernè.*

Per locum: *Hac, Iſtac, illac, quaquà, quacunq;, aliquà, eâdem, rectà.*

Ad locum: *Huc, iſtuc, illuc, eò, eódem, illò, iſtò, aliò, aliquò, utrò, utróque, neutrò, quóvis, quoquò, quocunq;, quópiam, ultrò, citrò, intrò, forâs, uſq;, uſquam, nuſquam, peregrè, longè.*

Locum versùs: *Horſum, iſtorſum, illorſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, retrorſum, rurſum, prorſum, ſurſum, deorſum, peſſumverſus, ſurſumverſus, quoquoverſus, introrſus, extrorſus.*

2. TEMPORIS: *Aliquando, Subinde, interdum, unquàm, nunquàm, nondum, confeſtim, ſtatim, citò, mox, ſemper, raro, manè, veſperi, hodie, cras, heri, nudiustertius, nudiusquartus, perendie, diu, interdiu, luci, nuper, olim, quondam, quandoq;, nonnunquam, tempori, commodùm, opportunè, tempeſtivè, illicò, pridie, poſtridie, propridie, adhuc, etiamnum, propediem, poſtquàm, poſteaquam, cùm, ut.*

3. NUMERI. *Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, novies, decies, vicies, tricies, quadragies & quadrageſies, &c.* Centies, *millies, toties, aliquoties, multoties, ſæpè denuò, rurſum, rarò. Primò, ſecundò, tertiò, quartò, quintò, &c. Primùm, ſecundùm, tertiùm, quartùm, quintùm, &c.*

4. QUANTITATIS. *Multùm, parùm, aliquantùm, modicùm, ſatis, nimis, nimiùm, plurimùm.*

5. QUALITATIS. *Ita, ut, ſic, aliter, ſecùs, viciſsim, invicem, omninò, bipartitò, biſariam, triſariam, furtim, raptim, cæſim, punctim, breviter, benè, malè.*

¶ *Ex omnibus ferè Adjectivis qualitatem ſignificantibus, derivantur Adverbia qualitatis.*

US *mutando in* è *longum,* [*rarò in* ĭter.]

IS *in* ĭter.

ER *in* rè, [*mutato* i *Genitivi in* è *longum.*]

NS *in* nter.

X *in* citer. [*audacter eſt Syncope, pro, audaciter.*]

AR *in* ărĭter.

US *comparativi manet, accentu ſolùm notatam.*]

6. Similitudinis: *Ita, ut, uti, ſic, ſicut, ſicuti, tanquàm, perinde, prout, ac, acſi, ceu, quaſi, velut.*

7. Intendendi: *valdè, prorſus, omninò, planè, penitùs, perquàm, vehementer, adeò, per, tàm, quàm.*

8. Remittendi: *Senſim, paulatim, pedetentim, propè, propemodùm, ferè, fermè, penè, ægrè, vix, aliquantùm, quaſi.* Deminuendi; *Paulò, paulùm, paululùm, pauxillulùm, parumper, clanculùm, longiuſculè, meliuſculè, tantùm non, modò non.*

9. Minuendi, *ſaltem, minimùm, at, certè, vel.*

10. Comparandi, *magis, minùs, tàm, quàm, præcipuè, præſertim, inprimis, tanquam, æquè, perinde, eò, quò, tantò, quantò, prout.*

11. Elevandi: *Scilicet! nimirum! videlicet!*

12. Dubitandi: *forſan, fors, forſitan, fortean, fortaßis, fortaſſe, præterpropter.*

13. Interrogandi.

De Facto: *An?* Num? Utrum? *Anné?* Nonné? Né (*quod ſemper poſtponitur.*)
De Cauſſa: *Cur, Quare, Quamobrem, quidita, quidni? quippini? quin?*
De Loco: *ubi, quò, utrò, unde, quà, quorſum?*
De Tempore: *Quando, quouſq;, quamdiu?*
De Numero: *quoties?*
De Quantitate: *quantum, quantulum?*
De Qualitate: *Quomodo? Qui? Quopacto? Vt?*
De Intenſione: *Quàm, Quantoperè, ut.*

[*Interrogativa, ſi non interrogativè ponuntur, fiunt aut Infinita, aut Relativa.*]

14. Affirmandi: *Ita, etiam, quidni, maximè, omninò, planè, ſanè, certè, verè, ſcilicet, videlicet, quippe, nempe, nimirùm, imò, quidem, equidem.*

15. Negandi: *Non, haud, nequaquàm, neutiquàm, nullatenus, haudquaquam, minimè.*

16. Demonstrandi. *En, ecce.*

17. Jurandi: *ne, profectò, verè, Amen.*

18. Optandi, *utinam, ò ſi, ſic.*

19. Comitandi: *ſimul, unà, pariter, collectim, ſummatim.*

20. Separandi, *ſeorſum, ſeparatim, privatim, ſecretò, diviſim.*

21. Distribuendi, *in tim terminata: gregatim, viritim, ſingillatim, &c.*

22. Excludendi: *ſolùm, tantùm, duntaxat, modò, tantummodò, ſolummodò, præcisè, unicè.*

23. Restringendi, *quà, quatenus, quoad, hactenus, eatenus.*

24. Prohibendi, *ne, nequaquam.*

25. Concedendi, *ſanè, ſane quidem.*

26. Corrigendi, *imò, quinimò, potiùs.*

27. Eventus, *fortè, fortuitò, caſu, forte fortuna, commodùm.*

IN PRÆPOSITIONE.

Maximus linguæ theſaurus in compoſitione præpoſitionum cum aliis vocibus latet. Augetur enim hinc primitivum nova ſignificatione, & quidem tali, qualem Præpoſitio obtinet, cum qua componitur. Quod ſignificationis augmentum, in omnia derivata compoſiti diffunditur.

Quot ſunt Præpoſitiones, quæ compoſitionem ingrediuntur?

Viginti ſex.

14. Immutabiles, quæ ſemper integræ in Compoſitione manent.

Ante	*Cis*	*Circum*	*Contra*	*De*	*Extra*	*Præ*
Inter	*Poſt*	*Præter*	*Super*	*Supra*	*Subter*	*Se*

12. Mutabiles, quæ ante certas literas in Compoſitione mutantur.

Ab	*Ad*	*Am*	*Cum*	*Di*	*Ex*
In	*Ob*	*Pro*	*Re*	*Sub*	*Trans*

Quomo-